



9



an 54 53

Quod reipubl. Christianæ

benè vortat

Ingeniū politissimū, excocti iudicii, elegantioris
doctrinæ, & ingenuæ modestiæ Viris ac
Juvenibus quatuor,

Ab

Excellentissimo & C. L. Viro,

DN. M. THEODORO
EBERTO, S. LINGVÆ PRO-
FESSORE P., & COLLEGII PHI-
LOSOPHICI DECANO,

p. m.

Ad petenda honorum Philosophicorum

insignia excitis;

sub eodem

in examine rigido illo & accurato, satis superq;

probatis, jam jamq; exigendis; sub ubi

inopinato ipsius DECANI, quem in apparatu vita

destituit, excessu: & fatali temporum horum calamitate,

ab Honoris illo aliquandiu exclusis;

si in hac vita non potuisset, tunc in illa

si in illa non potuisset, tunc in hac

Viro C. L. & Excellentissimo.

DN. M. BENJAMINE URSINO

Professore Mathematicæ & Decano Ordinis,

in Philosophiâ gradu ornatis,

Ex animo gratulatur

M. CHRISTOPHORUS NEANDER,

Civilis doctrinæ Professor P., Facultatis Senior,

& Academiæ p. t. Rector,

XX. die Januarij Anno 1631.

Literis KOCHIANIS.



GOTTLIEBO
CHRISTOPHORI F.
PELAGO.

Quâ te loquelâ, carmine quo sonem
GOTTLIEBE, magni dulce decus Patris:
Quem proprii lactis salivâ
Credibile est aluisse Musas.
Coeli meatus namq; volatiles,
Gyrations atq; reciprocas
Intelligis. Terræ relictis
Sordibus, ac remorante mole
Mentem ex supernâ coeluum domo
Lapsam, redonas sideribus: scius
Mentis dioptrâ perspicaci
Innumeros numeros putare, &
Formare doctè schemata. Tùm quoq;
Industrioso poplite in abditæ
Rerum creatricis palæstram
Te penetrasti. In apriciore
Campo refulgēt, ceu nitet ex maris
Surgens profundo Cynthia, cornibus
Jam pleniorib. superba,
Eloquij decus elegantis.

Quod prodidisti non semel ex loco hoc
Docens, movens, & suaviter influens
In juniorum, adultiorum
Juxtà animos: & honesta morum
Præcepta calles optimè. In æquore
Donec movebunt firmata cærule
Pisces, genus squâmis amictum;
Donec in aere rostra solvent
Aves sonoræ, gloria nominis
Tui vigebit, Sic Sophie jubat
Me farier, tuisq; necit
Crinibus aureolam corollam:
Testem favoris: de grege cui libet
Quam nulla præstat, Suscipe munera
Lætus, novisq; ad sue sce ferri
Docta virum titulis per ora.



BAL.

BALDASSARI KUPFERO.

NEc tu me otacebere,
KUPFERE docte, carmine,
Quamvis enim nec stemmate

Sublimiore sis fatus:

Nec jactitare imagines,
Clypeosq; possis nobiles:
Ex literis tamen tibi

Veram parare gloriam,
Firmo studuisti pectore
Ad nominis clarum decus,

Duplex patescit orbita.
Sunt literæ illa & Prælia.

Bellona gloriam parit
Minerva gloriam parit.

Mars gaudet hastâ : literis
Apollo. Utrumq; laus manet,

Sed tutior me iudice
Est altera illa semita.

Prior scatet periculis,
Vitamq; sæpe oppignerat.

Proinde gaude plurimum

Patriæ tuæ lux, BALTHASAR,

Dulce & decus parentum.

A 3

Habes

Habes enim, quod gaudeas,
Pulcrâ tibi impedit comas
Sophia fronde, publicè
Testata, te carum sibi
Valde esse: vive sanior
Diu; tuæq; gloriæ
Sis inter; usq; dum tibi
Fructus per amplos præbeant,
Quæis te paras, altaria.

CUNRADO VVIT. SCHEIBIO.

FAX CUNRADE tuæ lucida patriæ, &
Musarum, remove tristitiam: & novis
Perfundenda adhibe pectora gaudiis.

Cernis, quam capiti tuo
Sertam nexuerit Pallas amicior?
Merces hæc studii, ponere quod fuit
Melli, Thespiacis in sapientiæ
Campis, non sine gloria.

EBERTI sobolem gnauiter erudis:
Pubem Pieriam pulcriter expolis;
Pubem Castaliam jugiter expolis
Musis, moribus, artibus.

Alæ

Alæ hæ sunt, Superum quæcis datur ad plagas
Fausto remigio scandere. Succidit,
His qui forte caret: volvitur & suis
Terræ in sordibus oppidò.
Tu verò ex tenebris harum ope nubilis
Exemisti hilaris tempora verticis:
Et turbæ teneræ tritam itidem viam
Monstras spernere humum, & poli.
Adspirare rotas. Ceu nitet astrico
Stella in culmine: sic laus tua perpetim
Fulgebit tenebris nescia suppressi,
WITSCHELBI Aonidum decus.

GEORGIO HART:
MANNŌ.

Cuilepidam donat Viadrinus Apollo corollam,
Contextam Sophiæ Pieridumq; manu?
Nempe, HARTMANNE, tibi. Clarijs nutritus
in antris

Tinxisti Aonio labra diserta favo.
Invigilare bonis studijs, volitare per artes:
Hic tibi luce labor, hic tibi nocte fuit
Differere argutè & contorta sophismata nosti
Solvere: pro vero prælia docta facis.

Lingua

Lingua tibi nota est Latiaris, Sacra, Pelasga;

Naturæ arcana, & civica jura patent.

Ens quoq; Res, Aliquid, Verumq; Unumq; Bonumq;

Nota tibi sic sunt, notus ut ipse tibi es.

Præluxere facem PATRUI, virtute corusci,

Doctrinâ celebres, & pietate graves.

Semper honos ideoq; tuus laudesq; manebunt:

Donec in æthereo cardine Phœbus erit.

Donec in æquoreo saltabunt marmore pisces,

Florebant laudes, nomen, honorq; tuus.

F I N I S,



ULB Halle
002 677 830

3



56


Nv 1999

(1/69.)

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

Christianæ

judicii, elegantioris
modestia Viris ac
atuor,

L. Viro,
ODORO
NGVÆ PRO-
OLLEGII PHI-
DECANO,

Philosophicorum

curato, satis superq;
cingendis; sibi ubi
nem in apparatu vita
rum horum calamitate

INEURINO

Decano Ordinis,
du ornatis,
ulatur

US NEANDER,

., Facultatis Senior,
Rector,
Anno 1631.

ANIS.

an 54
53

